Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8263
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tentu omnibus non esset nimis pro ubi
xj vulneribus absterget mala Et nonus
quod super illud mathei ix° Confide fili
remittuntur tibi peccata tua dicit glo bede
quod quinque modis infirmitates contingunt
Primo quod ut merita iustis per pacienciam
augeantur ut Job ij 2° ad custodi
am virtutum ut in paulo ij Corinth xij c
3° ad corrigenda peccata ut lepra ma
rie numeri xij et in paralitico curato appo
mathei ix 4° ad gloriam dei ut in ceco
nato Jo. ix et in lazaro eiusdem xi
V° ad inicium pene eterne ut herodi

De tentatione

Circa temptaciones
primo ostendemus quod demones impug
nant cum n. ipsi sint invisibiles et pu
gna eorum invisibilis est nec agnoscitur
nisi oculis cordis // Ignorancia vero
eius periculosa est homini Non enim pugnat
qui se impugnari ignorat grande pe
riculum est habere iuxta se hostem et nes
cire Jeronimus Tunc maxime impugnamur
cum impugnari nescimus // 2° ondam
utilitates temptacionum ut magis pa
tienter sufferantur 3° tangam de mo
do impugnandi quem habet temptator
4° de modo repugnandi quod debet
habere qui impugnatur vel temptatur
Circa primum sciendum est quod impugnacio
quam dyabolus facit homini primo certifi
cari potest ex iij genesis ubi serpens de
cepit mulierem i. dyabolus in specie
serpentis et ibidem dominus ostendit im
pugnacionem istam esse duraturam dicens
ad serpentem inimicicias ponam inter
te et mulierem et semen tuum et semen illius
2° ex libro Job c. i et ij ubi sathan
petiit a domino ut permitteret eum impug
nare Job et eiusdem vij legitur quod milicia
est vita hominis super terram Alia tra
slacio habet temptacio etc. mathei
iiij et luce iiij Ubi dyabolus xpistum
temptavit et secundum Augustinum assumpsit for
mam humanam quod permisit dominus ut temp
tacio nobis tucior fieret et j Corinth
vij revertimini in idipsum ut temptet
vos sathanas mathei xxvj orate ne
intretis in temptacionem Ephe vj Non est
nobis colluctacio etc. Actuum v. Cur temp
tavit vos sathanas Et de beato martino
legitur quod frequenter ei dyabolus apparuit

in specie humana Similiter legitur
de beato Antonio cui apparuit in specie
pueri nigri et in specie diversarum bestiarum
diversarum Augustinus in sermone Premonitos
vos esse volo neminem super terram absque
temptacione victurum ut cui tollitur
aliqua alia insecuritas expectet Certe non
temptaris amplius temptaris cum temp
taris signum est quod pugnas secundum climatum
// Circa secundum notandum quod temptacio ad
multa utilis est Primo erudit Ecclesiastici
xxxiiij qui non est temptatus quid scit
Iterum qui non est temptatus quia scit
Et iterum qui non est temptatus pau
ca recognoscit Judicum iij hee sunt gen
tes quas relinquit dominus ut in ipsis eru
diret ysrael 2° humiliat gregorius
Dum vicia nos temptant proficientes in
nobis virtutes humiliant Idem Jebuze
um ysrael tolerat ut humana mens de
se humilia senciat dum minima non superat
3° negligenciam repellit glo. super psalmo
proba me domine et tempta me Jo. dicit
et tempta me quia nisi temptaret ne
gligentes essemus 4° virtuti addit
Seneca multum sibi addit virtus lacessi
ta In vitis patrum dixit abbas quidam
Cruda tegula si mittatur in fluvium statim
dissolvitur cocta non Ita est homo habens
carnalem sapienciam qui non est temptacio
nis igne decoctus V° servat Gre
gorius ubi nisi psalmista per tribulacionem
se melius servari nosset non diceret pro
ba me domine et tempta me Idem in
moral. Cum per temptacionem humilitas pro
ficit prospera est adversitas ipsa que
mentem a bellacione custodit Idem cum
temptamur viciis divina dispensacione agi
ne virtutibus quibus proficimus ex
tollamur ij Corinth xij Ne magnitudo re
velacionum extollat me etc. gregorius in mo
ral. Tunc interius bene custodimur cum per
dispensacionem dei tollerabiliter temptamur
exterius aliquando viciis nec temptacio exterior
culpam proficit quia interior intencio sur
sum trahit nec rursum interior intencio in su
perbiam elevat quia temptacio exterior hu
miliat Sic magno ordine recognoscimus
interiori perfectu quid accepimus in exteriori defec
tu quod sumus // VJ° virtute hominis no
tificat deutro xxx Temptat vos deus
vester ut palam fiat utrum diligatis eum aut
non // VII° deum glorificat psalmista eruam
te et honorificabis me // VIIJ populum

85